

Capitulum .iiij.

Sol.

Non. nā postq̃ episcopus sup aliquo altari celebravit. nō licet illo die alteri sacerdoti super illo celebrare. nisi de licentia episcopi.

Dubiū v

Quantum debeat esse altare portatile vt sit aptum celebrationi super eo fiende.

Sol.

Tantū esse debz. vt possit recipe pedē calicis et hostiā. ⁊ q̃ sacerdos man⁹ sup ipsum cum hostia tenēdo cōuenienter p̃secrare possit

Sol. vi

Quid si sacerdos aliqd de p̃dictis requisitum omittat. vtrū scz consecret celebrando.

Si ob̃uet alia ad p̃secrationē necessaria. cōsecrat. sz tñ grauit̃ peccat. scienter omittēs.

¶ Capitulū quartū de dubijs occurrenti b⁹ circa temp⁹ cōgruum quo celebrari debet. duos habens articulos.

Arti. i.

Resoluens. iiij. dubia occurrētia circa temp⁹ celebrandi cōmune. videlicet diem.

i

Vtrū indifferenter in nocte et die liceat alii cui missam celebrare.

Sol.

Non licet regulariter nisi in die. hoc em̃ sacramentū ad temp⁹ gr̃e pertinet. qd p̃ diem significat. Dñ et saluator dixit Jo. ix.

Dubiū

Ne oportet opari donec dies est.

ij

Vtrū ne aliquñ liceat in nocte celebrare

Sol.

Solum in duab⁹ noctibus licet. videlicet in nocte natiuitatis ch̃isti. et in nocte domini⁹ c̃e resurrectionis.

Capitulū .iiij.

Solu. .iiij. **P**otz ne liceat qñqz añ initiū diei celebrare
In trib⁹ casibus licet. **P**rimus. si necessitas
postulet. vt si contingat aliquem infirmari
ab morte ⁊ non habeatur hostia consecra-
ta. potest sacerdos celebrare ⁊ consecrare.

Secundus casus. si episcopus sit in itine-
ratione. tunc potest ante diē celebrare vel fa-
cere celebrari corā se. **T**ercius casus si q̄s
habeat dispensatiōem ab ep̄o vel supiore. vt
possit celebrare ante diem. alias nō est tutū.
nisi aliqua rationalis ⁊ r̄gēs necessitas suo
peruenerit.

Dubiū. .iiij. **Q**uid si quis celebret credēs diem incepisse
et tamen nondum inceperit.

Solu. **Q**uia qđ pay distat nihil distare videt̄. talis
excusat p̄cipue si deuotio hoc exposcerit.

Ar. .ij. **R**esoluens. .iiij. dubia q̄ se offerunt circa tem-
pus celebrandi propriū. scz horam

i **Q**ua hora diei liceat missam celebrare

Solu. **M**isse solēnes siue publice s̄m canones tris
bus horis celebrari debēt. videlicet hora ter-
cia in diebus festiuis. hora sexta in profestis
dieb⁹. ⁊ hora nona in diebus ieiuniorum.

Dubiū **I**n hoc tamen obseruāda videt̄ deberi p̄sue-
tudo regiōis v̄l religiōis. **P**riuate⁹ v̄o misse
celebrari possunt a principio diei vsqz ad ho-
ram nonā. hoc est vsqz ad meridiem.

iiij **A** quo tpe sumendum sit principium diei

Capitulum .v.

Solu.

Principium diei non est accipienbū ab ascēsu solis super nostrum orizontem. sed ab illa hora qua radij solares incipiunt illuminare nostrum hemispherium quod dicitur principium aurore. et incipit vna hora et quinta parte hore. ante corporalē solis ortum.

iiij **Q**uid si quis. celebrando non obseruet tempus debitum.

Solu.

Si obseruet alia ab consecratiōem necessaria. consecrat. **S**ed tamen si ex cōtempitu vel scienter tempus debitum non obseruet. mortaliter peccat. faciens cōtra constitutiōnem et consuetudinem generalem ecclesie romane.

Capitulum quintum. de dubijs que incidunt circa materialia exteriora que ad ornatum vel congruentiam celebrationis requiruntur tres articulos comprehendit.

Arti. ij

Resoluens. v. dubia que circa vestes et indumenta sacerdotalia insurgunt.

i **O**mnis sacerdos celebraturus. specialib⁹ debet at indui vestibus.

Solu.

Sic. congruū est emitt qbus sacerdos vsus fuit in sua ordinatiōe. et vti in celebratiōe. **E**t qz in susceptiōe ordia specialib⁹ vestib⁹ indutus fuit. ideo et talib⁹ vti debet in celebratiōe.

ii **Q**uot et que sunt hmoi vestes et indumenta.

c ij